

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De sancto Thimotheo cxvi

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)


## De sancto

## timotheo

eris apparuit iocundior et hilarior: quod prius ce-  
teris tristior. Cum autem ei dicitur frater verbum mestiti-  
e quod locutus fuerat amicaliter ipse operaret. il-  
le respondit. Et si tunc dixi nunquam amplius letus ero  
sed nunc dico. Nunquam amplius tristis ero. **h**

Cum sanctus malachias episcopus bybernie cuius vitam  
plenam virtutibus ipse descripsit ad christum feliciter  
in monasterio suo migrasset. et viro dei pro eo bo-  
niam salutarem offerret gloriam eius domino reuelante  
cognouit et eodem inspirante post communionem forma  
orationis mutauit. lecta voce sic dicens. Deus qui bea-  
tum malachias sanctorum tuorum meritis coequasti. tri-  
bue quesumus ut quod preciose mortis eius festa agi-  
mus vite quoque imitemur exempla. Cui dum caror in-  
nueret quod erraret ait. Non erro sed noui quod dico. De-  
inde accedens sacra eius vestigia osculatur. Cum in-  
stante quadragesima a multis fuisset tironibus vi-  
sitatus. rogauit eos ut in illis saltem sacris diebus  
a suis vanitatibus et lasciujs abstinerent. Quibus  
nullomodo acquiescentibus insit eis. proprimari vinus  
dicentes. Bibite poculum animarum. Quo hausto subito  
mutati recedunt. Et qui modicum tempus de negaue-  
runt totum tempus vite sue deo dederunt. Tandem bea-  
tus bernardus morti feliciter appropinquans ait fra-  
tribus suis. Tria vobis obseruanda relinquo que in  
stadio preterite vite quo cucurri memini me pro viribus  
obseruasse. Nemini scandalum facere volui. et si ali-  
quid accidit. sedani ut porui. Minus sepe sensui meo  
quam alterius credidi. Iesus de ledete nunquam vindi-  
ctam expecto. Ecce caritate humilitate et patientia  
vobis relinquo. Denique postquam multa miracula per-  
petrasset. et centum sexaginta monasteria constru-  
xisset. multosque libros et tractatus compilasset con-  
summatis vite sue diebus circiter annos sexaginta  
tres. anno domini. M. cliij. inter filiorum manus ob-  
dormiuit in domino. Post obitum suum multis glorijs  
sua manifestauit. Cuiusdam enim abbati in quodam  
monasterio apparuit et ut sequeretur admonuit.  
Qui cum sequeretur dixit ei vir dei. Ecce ad montem  
libani venimus et tu hic manebis. ego autem illuc a-  
scendam. Interrogatus ab eo ad quid vellet ascen-  
dere. discere inquit volo. Miratus ille quod inquit  
vis discere pater cui nullum hodie in scientia credimus  
esse secundum. Et ille. Nulla hic scientia. nulla verico-  
gnitio. Sursum scientie plenitudo. sursum vera no-  
tita veritatis. Et in hoc verbo disparuit. Ille autem  
die notauit. et tunc virum dei bernardum de corpore  
inigrasse muenit. Multa autem alia et pene innume-  
rabilia miracula proferunt suum deus operatus est.

De sancto timotheo cxvi. **A**



**T**imotheus quasi timorem tenens. Vela timo-  
re et tibeos quod est deus quasi timor dei. Cau-  
sam autem iste timor: in quolibet viro sancto sicut  
ait gregorius. considerando ubi fuit. ubi erit. ubi est. ubi  
non est. Ubi fuit quoniam in peccato. ubi erit in iudicio. ubi  
est in miseria. ubi non est in gloria.

**T**imotheus sub nerone a prefecto vrbis rome  
dum grauius torqueretur et calce viua eius  
plage aspergeretur et ipse his gratias age-  
ret. duo angeli sibi astiterunt dicentes. Erige ca-  
put in celum et vide. Aspiciensque vidit celos aper-  
tos et ihesum christum coronam gemmatam tenentes  
et dicentem sibi. Hanc de manu mea accipies. Quod  
quidam vir nomine appollinaris videns se bapti-  
sari fecit. Quapropter preses iussit ambos in con-  
fessione domini perseverantes decollari circa an-  
nos domini. lvij.

De sancto simphoriano. cxvii. **A**

**S**ymphorianus dicitur a symphonia. fuit enim  
tanquam vas musicum emittens armoniam virtu-  
tus. In quocumque in vase musicorum fuerit  
Nam ut dicit auerrois. sonatiuum debet esse durum.  
ad resistendum. lenis ad continuandum. latum ad im-  
plendum. sic et symphorianus tanquam vas musicum fuit  
durus sibi pro austeritate. lenis alijs pro mansuetudine  
latus omnibus per caritatis amplitudinem. **B**

**S**ymphorianus in augustudinesis vrbis ortus  
dum adhuc adolescens esset. tanta morum  
grauitate pollebat quod seniorum vitam antici-  
pare videret. Cum igitur pagani festum veneris cele-  
brarent.

r ij